Rara si constat sua forma mundo
Si tantas uariat uices
Crede fortunis hominū caducis
Bonis crede fugacibus
Constat eterna positumq; lege est
Ut constet genitū nihil.
Si uis celsi iura tonantis IV 6
Pura sollers cernere mente.
Aspice celsi culmina celi.
Illic iusto foedere rerum
Ueterē seruent sidera pacē.
Non sol rutilo concitus igne
Gelidū phoebes impedit axem
Nec quas summo uertice mundi
Flectit rapidos ursa meatus
Nūquā occiduo lota profundo
Cetera cernens sidera mergi.
Cupit oceano tinguere flāmas
Sēp uicib; tēporis aequis
Uesper seras nuntiat umbras
Reuehitq; diem lucifer almū
Sic aeternos reficit cursus

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.7, 3v – Boethius: De consolatione philosophiae; Servatus Lupus: De metris Boetii (Fragment) (https://fragmentarium.ms/view/page/F-5wmd/5116/48812)